

canitur conuenientes, uti q̄ magna erit pars octaua circū
 cinationis tigni, tam magnis spatiis distent secundū
 latitudinem. Sic & in rotundatione & in longitudi-
 ne equalia spatia fient. Ita quo loci describuntur li-
 neæ, quæ sunt in longitudine spectantes, faciēde de-
 cussationes, & indecussationibus finita puncta. His
 ita emēdate descriptis sumitur salignea tenuis, aut
 de uitice secta regula, quæ unctā liquida pice figitur
 in primo decussis puncto, deinde traicitur oblique
 ad insequentes longitudes & circuitiones decussitū.
 Et ita ex ordine progrediēs singula puncta præter-
 eundo & circuminuoluendo, collocatur in singulis de-
 cussationibus, & ita peruenit & figitur ad cā lineā,
 recedens à primo in octauum pūctum, in qua prima
 pars eius est fixa. Eo modo quantum p̄greditur ob-
 lique per spatium & per octo puncta, tantundem in
 longitudine peccedit ad octauum punctum. Eadē ra-
 tione per omne spatium longitudinis & rotunditatis
 singulis decussationibus oblique fixæ regulæ, per octo
 crassitudinis diuisiones inuolutos faciunt canales,
 & iustam cocleæ naturalemq; in itationē. Ita per id
 uestigium aliæ super alias figuntur unctæ pice liqui-
 da, & exaggerantur ad id ut longitudinis octaua
 pars fiat summa crassitudo, Supra eas arandatur
 & figuntur tabulæ, quæ pertegant eam inuolutionē,
 tunc ea tabulæ pice saturantur, & laminis ferreis
 colligantur, ut ab aquæ uine dissoluantur, Capita t̄
 gni ferreis clauis & laminis continentur, iisq; in fi-
 guntur stili ferrei. Dextra autē & sinistra cocleam t̄
 gna collocantur, in capitibus utraq; pte habētia trāse